

Regule. S. B.

Uniformitas
in vestitu ser-
uanda.

Stola pprie.

Exempluz.

Superfluitas
vestium.

gloriam redolet: monacho enim qui plan-
gentis habet officium nullomodo decet ni-
tidas sed lugubres uestes habere. Unde
Cassianus ubi supra: Uestimenta monacho-
rum ita vilia sint ut nulla coloris vel habi-
tus nouitate inter ceteros huius proposi-
ti viros habeatur insignia. C Quintum re-
prehensibile in habitu est compositio irre-
ligiosa secundum seculi vanitatem. videlicet
autem cum in inferiori parte uestis scissa est aut
in superiori rugata colligitur que compo-
sitionis forma nullo pacto congruit in ve-
stibus religiosis. Unde extra ordinem statu mo-
nachorum capitulo primo in clementinis inter
alia precipitur ut uestis monachi rotunda
sit non scissa. C Seruum reprehensibile in ba-
bitu est extraneitas videlicet quod aliqua sin-
gularitate est ab aliis distincta. De quod So-
phonie. i. Visitabo super oculos qui induiti
sunt ueste peregrina. Et Cassianus ubi su-
pra de habitu monachi loquens ait: Quic
quid enim inter famulos dei presumitur
ab uno vel paucis: nec catholice per omne
corpus fraternitatis tenet aut superfluum
aut elatum est et ob id notum iudicandum est:
magis vanitatis specie quam virtutis ostendans. Et Hieronymus: Uestis nec satis
munda nec sordida et nulla diuersitate no-
tabilis sit: ne ad te obvia ptereuertitur/
ba residat nec digito demonstreris. C Se-
ptimum reprehensibile in ueste est nimia lo-
gitudo que a domino reprehendit. Luce xx.
dicente: Attende a scribis qui volunt am-
bulare in stolis: stola est uestis loga. C Octa-
vum est nimia breuitas. Uestis quodcumque mul-
tum breuis nullomodo virorum religiosum
decet: sicut supra dictum est. Unde detrac-
tione uestium de honestati sunt filii dauid
a domino filiorum amon: secundo regum. C Nonum
est iniudicia. Hierony. Nec affectate sor-
des nec erquisite delicie ppteriano conueni-
unt. Iterum idem: Ornat et sordes parim mo-
do fugienda sunt quam alterum delicias alterum
gloriam redolet. Unde de beato Augusti-
no legitur. Uestimenta eius et calciamenta
nec nimis nitida erant nec plurimum abie-
cta. C Decimum est superfluitas uestium:
hec enim minime decet virorum religiosum qui
paupertatis votum emisit: Unde de multitu-
dine superflua uestium ita loquitur Bernar-
dus: Illudi clamant et famelici et conq-
un-

Cap. lv.

tur nobis de fame et frigore miserabiliter.
Laborantibus quid conferunt tot mutatio-
ria extensa in perticis vel plicata in manti-
cis? Jac. v. Agite nunc diuites plorate plu-
lantes et c. Sequit. Uestimenta vestra a ti-
neis comesta sunt. Sequit de femoralibus
(Femoralia hi qui in via diriguntur de ve-
stiario accipiant; qui reverentes lota ibi re-
stituant) C Ubi aduertendum quod tempore
huius institutionis rarus erat usus bracha-
rum: sed quicquid sit de usu illius epis-
tolius nobis videtur quod religiosi in mona-
sterio in via directi illis utantur. Sequitur
(Luculle et tunice sunt aliquando his quas
habere soliti sunt modice meliores quas ex-
eunt in via accipiunt de vestiario et rever-
entes ibi restituant) Prouidet autem scu-
pater ad vitandum oem notam sine singulari-
tate que ex nimia abiectione uestium nasce-
ret ut uestes meliores portent fratres qui in
via aliquam diriguntur quod soliti sunt in mona-
sterio deferre. hypocrite autem econtrario fa-
ciunt: in monasteriis optimis uestibus in-
dui volunt: et ad aspectum hoium exente
sordidis aut vilibus sine rusticis uesti-
bus induiti procedunt. Uerum si monachus
satis bonas et integras uestes habeat non
erit opus eunti dare meliores. C Sequitur
ultima pars in qua de strametis sancti per
disponit (Strameta autem lectorum sufficiant
matta sagum et lena et capitale) Quattuor
ista sufficere dicit sanctus pater lecto mo-
nachi. Primum est matta que est id quod su-
per paleas ponitur quod vulgariter dicitur
mattaracium. Secundum est sagum quod est panus
de lana aspera sicut est grossa sarica que in
mediate loco linteaminis super mattaracium
collocaf. Tertium est lena que est cooperi-
mentum de lana factum pillosum quod frigo-
ri obsistere possit. Quartum est capitale
quod capiti supponit de paleis aut de lana
plenum. Quo loco aperte sanctus pater
Benedictus ostendit quod lecti mollices non
est a discipulo huius schole querenda sed
magis vitanda. Quod autem de dormitione plu-
ra diximus superius circa capitulum regu-
le xvij. supersedemus nunc a longiore fino-
ne. Sequitur aduersitatem quoddam contra
proprietatem: iubet enim frequenter scruti-
nari fieri lectorum dicens (Quod si lecta fre-
quenter ab abbatte scrutanda sunt propter

Usus femo-
rium.

Lötra hypo-
critas.

Quattuor ad
stratum mo-
norum.

Proprietatis
vitii ubiqz p-
sequitur.